p̄ſis obediūt dignā p̄ fide recipe mercede: q̄
aut̄ infidiātur regno eoz: p̄ire p̄ ſcelere. Dis
aut̄ puincia ⁊ ciuitas q̄ noluerit ſolēnitatē bu-
ſus eē p̄iceps: gladio ⁊ igne pereat. ⁊ ſic delea-
tur vt nō ſolū hoīb⁹: ſed etiā i via beſtijs ſit in
ſempiternū p̄ exēplo p̄tēptus ⁊ inobediētis.
CExplicit liber Beſter. **C**Incipit p̄logus in

Be. rriij. b
q. Reg. rix. c

h
s. i. a

b

s. i. j. a

s. ij.

s. iij.

s. viij. d

d

p

Job fm translationem septuaginta.

Cogor per singulos scripture diuine libros: aduersariorum rñdere maledictis q̄ interpretationē meam reprehētionē septuaginta interpretū criminātur. quasi non et apud grecos aq̄la symmach⁹ & theodotion. vel verbū e verbo. vel sensus e sensu. vel ex utroq; cōmittū et medie tpatū genus translationis expresserint. et omnia veteris instrumenti volumina. Origenes obelis asteriscisq; distinxerint: quos vel additos vel de theodotione sumptos translationi antiq̄ inseruit. probans defuisse qd̄ additū est. Discat igif obtrectatores mei recipere in toto qd̄ & in partib⁹ susceperūt: aut interpretationē meā cū asteriscis suis radere. Neq; em̄ fieri pōtvt quos plura in terminis susceperint: non eosdem etiā in quibusdam errasse fateant̄ precipue in iob: cui si ea q̄ sub asteriscis addita sunt subtraxeris. ps̄ maxima detricabit. et hoc dicitur apud grecos. Eterum apud latinos an̄ eā translationē quā sub asteriscis et obelis nuper edidimus septingenti ferme aut octingenti versus defunt: vt de curtatus et laceratus corrosusq; liber feditate sui publice legentibus p̄beat. Nec aut̄ traslatō nullū de veteribus sequif̄ interpretē. sed et ipso hebraico arabicoq; sermone. et interdū syro nūc verba: nūc sensus: nūc simul vtrūq; resonabit. Obliquus em̄ etiā apud hebreos totus lib̄ fertur et lubricus. et qd̄ greci rhetores vocant schematismenos. dum qui aliud loquitur aliud agit. Ut si velis anguillā vel murenulā stricis tenere manibus. quāto fortius p̄sseris tāto citius elabif. Memini me ob intelligentiā huius voluminis lyddeū quēdā p̄ceptores. qui apud hebreos p̄mus haberi putabat: nō vn̄s redimisse nūmis cuius doctrina an̄ aliqd̄ p̄fercerim. nescio. Hoc vnū scio non potuisse me interpretari. nisi quod ante intellexeram. A principio itaq; voluminis vsq; ad verba iob apud hebreos p̄sa oratio est. Porro a verbis iob in quibus ait. Pereat dies in qua natus sum: et nox in qua dictū ē. cōceptus ē hō: vsq; ad eū locum vbi an̄ finē voluminis scriptū est. Idcirco ipse me rep̄bendo et ago penitentiā in fauilla et cinere. et ametri versus sunt. dactylo spondeoq; currentes. et p̄pter lingue idioma crebro recipientes et alios pedes. nō earundē syllabarū sed eorūdem temporū. Interdū q; rythmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris pedū solut⁹ qd̄ metrici magis q̄ simplex lector̄ intelligūt. A supradicto aut̄ versū vsq; ad finem libri: paruum coma qd̄ remanet. prosa oratione cōterif. Quod si cui videt̄ incredulū. metra. s. eē apud hebreos. et in morē nostri flacci greciq; p̄inda ri et alcei et sapbo: vel psalteriū vel lamētationes hieremie: vel omnia ferme scripturarū cantica cōprehēdi. legat p̄bilonē. iosephū origenes cesariensem eusebiū. et eorū testimonio me verū dicere cōprobabit. Audiāt q̄prop̄ canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse. nō vt in-

terpretationē antiquā reprehenderē. sed vt ea que in illa aut obscura sunt. aut omissa. aut certe scriptorum vitio deprauata. manifestiora nostra interpretatione fierent: & hebreū sermonē ex parte didicim⁹. et in latino pene ab ipsis cunabulis inter grammaticos et rhetores et philosophos detriti sumus. Quod si apud grecos post septuaginta editionem iam christi euāgelio choruscante: iudeus aquila et symmach⁹ ac theodotion iudaizantes heretici sunt recepti qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarūt: et tū in exēplis habentur apud ecclesias et explanant̄ ab ecclesiasticis viris q̄ tomagis ego christianus et de parentibus christianis natus et verillum crucis in mea fronte portans: cuius studiū fuit omissa repetere. deprauiata corrigere et sacramenta ecclesie puro & fidei aperire sermone. vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in mēbranis purpureis auro argentoq; descriptos. vel vniuersalibus (vt vulgo aiunt) litteris onera magis exarata q̄ codices: dūmodo mibi meisq; pmittāt pauperes habere cedulas: et non tā pulchros codices q̄ emendatos. Utraq; aut̄ editio: et septuaginta iuxta grecos: et mea iuxta hebreos in latinū meo labore translata est. Eligat vnus quisq; quod vult: et studiosus me magis q̄ maluolum probet.

Itē alius prologus in Job fm hebraicū.

Sicut aut̄ ficellam iunco tererē: aut palmarū folia cōplicarē: vt in sudore vultus mei comederē panem. et v̄tris opus sollicita mēte pertractarē. nullus morderet. nemo reprehenderet. Nūc aut̄ quia iuxta sententiā saluatoris volo operari cibis q̄ non perit: et antiquā diuinorū voluminū vitam sentib⁹ virgultisq; purgare erro: mibi gemin⁹ infigitur: corrector vitiorū falsarius vocor: et errores non auferre: sed serere. Tanta ē em̄ vetustatis consuetudo vt etiā cōfessa pleriq; vitia placeant: dū magis pulchros habere volūt codices q̄ emendatos. Quapropt̄ o fratres dilectissimi vnicū nobilitatis & hūilitatis exemplar. p̄ flabello calathis sportellisq; munusculis monachorū spiritalia bec: et mansura dona suscipite. ac beatum iob q̄ ad huc apud latinos iacebat in stercore: et vermibus scatebat errorum: integrum imaculatūq; gaudete. Quō em̄ post p̄bationē atq; victoriā duplicia sunt eivni uersa reddita. ita ego in lingua nostra vt audacter loquar: feci eū habere que amiserat. Igitur et vos et vnūquēq; lectorem solita prefatione cōmoneo. et in principijs librorū eadem semper annectens rogo. vt vbiq; semper p̄cedentes virgulas videritis. sciat̄ ea q̄ subiecta sunt in hebraicis voluminib⁹ non haberi. Porro vbi stelle imago p̄fulserit. ex hebreo in sermone nostro addita sunt. Nec non et illa que haberi videbantur et ita corrupta erant vt sensum legentibus tollerent: orantibus vobis magno la-

Job. iij. a

Ibidē. xlij. a

Ben. xij. b

Job. vi. b

Job. iij. b

Ibidē. xlij. a

bove coureri. magis vtile quid ex odio meo ecclesijs christi veteru ratur. q̄ ex alioꝝ negocio.

Incipit argumentum in libru Job.

In terra quidem habitasse iob vsi tidi in finibus idumee et arabie: et erat ei ante nomen iobab. Et accepit vxores arabissan: et genuit filium quem vocauit ennon. Erat autem ipse filius quidem zareth de esau filijs filius. de matre vero bosra. ita vt sit quintus ab abraam. Et hi sunt reges q̄ regnauerunt in edo: in qua et ipse regnauit sed primus in ea regnauit balach filius beor. et nomen eiusdem ciuitatis nachaba. Post huc autem balach. Post eum iobab qui vocat iob. Post iob autem cusrā: qui erat dux et tbemazorum regione. Et post illum regnauit adar filius beath: qui excididit madian in capo moab et nomen ciuitatis eius chetbeauihb.

Explicit argumentu. Incipit liber Job.

De sanctitate Job et filijs et substantia eius. de conuuiuo filiorum. de sathan qui et petita licentia a domino percussit camelos: boues et asinos: oues et pueros. ad vltimum liberos eius. de mesticia iob et laude eius ad dominum.

Capitulum I

Er erat in terra

Uir erat in terra bus nomie iob. Et erat vir ille simplex et rectus ac timens deum: et recedens a malo. Natis sunt ei septem filij: et tres filie. Et fuit possessio eius septem milia ouium: et tria milia cameloz.

quingenta quoq̄ iuga bouum: et quingente asine: ac familia multa nimis. Eratq̄ vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius et faciebant conuiuia per domos. vnusquisq̄ in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas vt comederent et biberent cum eis. Cumq̄ in orbem transissent dies conuiuij. mittebat ad eos iob: et sanctificabat illos confurgensq̄ diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat em̄. Ne forte peccauerint filij mei et benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filij dei vt assisterent coram domino. affuit inter eos etiam sathan. Cui dixit dominus. Unde venis? Qui respondens ait. Circumuii terram: et perambulauit eam. Dixitq̄ dominus ad eum. Nunquid considerasti seruum meum iob q̄ nō sit ei filis in terra. hō simplex et rectus ac timens deū et recedens a malo? Cui rōdēs sathā: ait. Nūquid frustra iob timet deū? Nōne tu vallasti eū ac domū eius vnuerfamq̄ subam ei? per circuitū. Operib⁹ manuū

eius bñdixisti: et possessio eius creuit in terra. Sed extēde paululū manū tuā: et tange cuncta q̄ possidet. nisi in faciē bñdixerit tibi. Dixit ergo dñs ad sathan. Ecce vnuerſa q̄ h̄z in manu tua sunt. tm̄ in eū ne extēdas manū tuā. Egressusq̄ est sathan a faciē dñi. Cū autē q̄das die filij et filie eius comederent et biberēt vinū in domo fratris sui primogeniti. nūcius venit ad iob q̄ diceret. Boues arabāt: et asine pascebantur iuxta eos: et irruerūt sabei. tuleruntq̄ oīa: et pueros pcusserunt gladio. et euasi ego solus vt nūciarem tibi. Cūq̄ adhuc ille loq̄retur venit alter: et dixit. Ignis dei cecidit e celo. et tactas oues: puerosq̄ cōsumpsit. et effugi ego solus vt nūciarem tibi. S; et adhuc illo loquēte. venit alius: et dixit. Chaldei fecerunt tres turmas: et inuaserunt camelos et tulerūt eos: nec non et pueros pcusserūt gladio: et ego fugi solus vt nūciare tibi. Adhuc loq̄batur ille: et ecce alius intrauit: et dixit. Filij tuis et filibus vescentibus et bibētib⁹ vinū in domo fratris sui p̄mogeniti: repēte vent⁹ uehemēs irruit a regione deserti: et concussit quattuor angulos dom⁹. q̄ coruens opp̄ssit liberos tuos. et mortui sunt. et effugi ego solus vt nūciarem tibi. Tunc surrexit iob: et scidit vestimēta sua. et tonso capite coruens in terrā: adorauit et dixit. Nudus egressus sum de vtero matris mee et nudus reuertar illuc. Dominus dedit dñs abstulit. sicut dño placuit. ita faciem est: sit nomē dñi bñdictum. In omnibus his non peccauit iob labijs suis neq̄ stultum quid contra deū locutus est.

De plaga vlceris qua percussit eum sathan. de temptatione per vxorem facta de amicis qui venerant ad consolandum eum: hi tres sederunt in terra cum eo septem diebus et noctibus non loquentes propter dolorem uehementem.

Actū ē autē cū q̄dā die venissent filij dei. et starent corā dño. venissz q̄ sathan inter eos: et staret in conspectu eius: vt diceret dñs ad sathan. Cū venis? Qui rōdēs ait. Circumuii terram: et pambulauit eam. Et dixit dñs ad sathan. Nunquid considerasti seruum meū iob q̄ nō sit ei filis in terra: vir simplex et rectus ac timens deū et recedēs a malo et adhuc retinēs innocētiā? Tu autē cōmonisti me aduersus eū vt affligerē eū frustra. Cui rōdēs sathan ait. Pellē p pelle et cuncta q̄ h̄z homo dabit p aīa sua. Alioquin mitte manum tuā: et tange os eius et carnes. et tunc videbis q̄ in faciē bñdicat tibi. Dixit ergo dñs ad sathan. Ecce in manu tua est: versūti aīam illius sua. Egressus igit sathan a faciē dñi: pcussit iob vlcere pessimo a planta pedis vsq̄ ad verticē eius. Qui testa sanctem radebat: sedens in sterq̄lino. Dixit autē illi vxor sua. Adhuc tu pmanes in simplicitate tua. Bñdic deo et morere. Qui ait ad illam. Quasi vna de stultis mulierib⁹ locuta es. Si bona suscepti

L

D

Ecclesia .v. ps. cxij. j. ij. c

A

S. i. b

S. i. a

L

ph

manu dñi mala
 Job
 s. f. d.

mus de manu dñi: mala quare nō sustineam?
 In oibus his nō peccavit iob labijs suis. Igitur audientes tres amici iob omne malū qđ accidisset ei venerūt singuli de loco suo. eliphas themanites et baldath suites: et sopbar naama thites. Condixerant em̄ vt pariter venientes visitarent euz et cōsolarentur. Cūq; eleuassent pcul oculos suos: nō cognouerunt eū. Et etclamantes plorauerunt scissisq; vestib; sparserūt pulueres sup caput suū in celū. Et sederunt cū eo in terra septem diebus et septē noctib;. et nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vebementem.

¶ L. S. Verba Job vbi ostendit qđ miserabilis est vita presens: et felix iustoz erit. Ca. III

Dicitur hęc aperuit iob os suum: et maledixit diei sue. et locutus est. Pereat dies in qua natus sum. et nox in qua ductus est. cōceptus est hō. Dies illa vertatur in tenebras. Non requirat eū deus desuper: et nō illustretur lumine. Obscurēt eū tenebre et ymbra mortis. Occupet eū caligo et inuoluatur amaritudine. Noctē illā tenebrosus turbo possideat. Non computetur in diebus anni: nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria. nec laude digna. Maledicāt ei qđ maledicunt diei. qui parati sunt suscitare leuiathan. Obtenebrentur stelle caligine eius. Expectet lucem et non videat. nec ortum surgentis aurore. Quare nō cōclufit ostia ventris qui portauit me. nec abstulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus sum: egressus et vtero nō statim perij. Quare exceptus genibus cur lactatus vberibus? Nunc em̄ dormiens filerem: et somno meo requiescerem cum regibus et cōsultibus terre. qui edificant sibi solitudines: aut cū principibus qui possident auras: et replent domos suas argento. Aut sicut abortiuū absconditum nō subsisterem: vel qui cōcepti nō videntur lucē. Ibi impij cessauerunt a tumultu. et sibi requisierunt fessi robore. et quondam vincti pariter sine molestia. Non audierunt vocē eractoris. Paruus et magnus sibi sunt et seruiliber a dño suo. Quare misero data est lux et vita his qđ in amaritudine aie sunt. Qui expectant mortem et nō venit: quasi effodientes thesaurū: gaudentq; vebemēter cū inuenerint sepulcrū. Uiro cuius abscondita est via: et circūdedit eū deus tenebris. Anteq; comedam suspiro: et quasi inundantes aque. sic rugit me: quia timor quē timebā euenit mibi: et qđ verebar accidit. Nonne dissimulauit? Nonne filius? Nonne quiescit? Et venit super me indignatio.

¶ L. S. Eliphas notat iob de impatientia et iniusticia ppter quam flagellatur. de inani gloria qđ se iustum putauit. Ca. III

Respondēs autē eliphas themanites: dixit. Si ceperim loqui tibi: forsitan moleste accipies. Sed cōceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos: et manus lassas roborasti. Uacil-

lantes cōfirmauerunt sermones tui. et genua tremētia confortasti. Nunc autē venit sup te plaga. et defecisti: tetigit te et conturbatus es. Ubi timor tuus: fortitudo tua et patientia tua et pfectio viarū tuarū. Recordare obsecro te: quis vnq; innocens perijt: aut qñ recti delicti sunt? Quinpoti vidi eos qui operantur iniquitatem: et seminant dolores. et metuūt eos. flante deo perisse. et spū ire eius esse consumptos. Rugitus leonis et vox leone: et dentes catulorum leonuz cōtriti sunt. Ligris perijt eo qđ nō haberet predam: et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictum est verbum absconditū. et quasi furtiue suscepit auris mea venas susurrū ei. In horrore visidīs nocturne qñ solet sopor occupare hoies pauor tenuit me et tremor et oia ossa mea perterrita sunt. Et cū spūs me presente trāsiret. inbouruerūt pilī carnis mee. Stetit quidā cui non agnoscebam vultū imago corā oculis meis: et vocē quasi aure lenis audiui. Nunquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir? Ecce qđ seruiūt ei nō sunt stabiles. et in angelis suis repperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas: qđ terrenū habent fundamentū cōsumuntur velut a tineā. de mane vsq; ad vesperam succidentur. et qđ nullus intelligit in eternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis morientur: et non in sapientia.

¶ L. S. De exitu stulti. de iusticia dei: qđ dñs suos flagellat: et sibi eos liberat: et liberatos inde dirigit. Ca. V.

Uoca ergo si est qui tibi respōdeat: et ad aliquem sanctorū puertere. Virū stultum interficit iracundia. et paruulum occidit inuidia. Ego vidi stultus firma radice: et maledicti pulcritudini eius statim. Longe fient filij eius a salute et conterentur in porta. et nō erit qui eruat. Cuius messes famelicus comedet: et ipsum rapiet armatus: et bibent sitiētes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit. et de humo nō egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem: et a uis ad volatū. Quāobrem ego deprecabor dñm. et ad deū ponam eloquium meum. Qui facit magna et inscrutabilia. et mirabilia absq; nūero. Qui dat pluuiam sup faciem terre et irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime: et merentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignoz. ne possint implere manū eoz qđ ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eoz et consiliū prauoz dissipat. Per diē incurrent tenebras. et quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porro saluū faciet egenū a gladio oris eoz. et de manu violenti pauperē. Et erit egeno spes. iniquitas autē cōtrahet os suū. Beatus hō qđ corripit a dño. Increpatōes qđ dñi ne reprobes: qđ ipse vulnerat et medetur: pcutit et manus ei sanabūt. In sex tribulatiōib; libera bit te: et in septia nō tāget te malū. In fame

Diere. rr. d.

Diere. rr. d.

3

2

1. r. b

ii. p. a

Es. r. r.

3

Homod

fabortu

1. Cor. iii. d

11. 10

3

eruet te de morte: et in bello de manu gladii. A flagello lingue absconderis: et non timebis calamitatem cum venerit. In vastitate et fame ridebis: et bestias terre non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum et bestie terre pacifice erunt tibi. Et scies quod paces habeat tabernaculum tuum. et visitas spem tuam non peccabis. Et scies quasi multiplex erit semen tuum: et propages tua quasi herba terre. In grederis in abundantia sepulchrum: sicut inferus aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc ut investigavimus ista est quod auditum mente pertracta.

¶ L. S. Respondet iob et dicit quod pena sua excuset culpam: et tamen delectatur in pena. Cap. VI

Respondens autem iob dixit. Utinam appenderentur peccata mea quibus iras merui: et calamitas quam patior in statera. quasi arena maris hec gauio: appareret. Utinam et verba mea dolore sunt plena. quia sagitte domini in me sunt. quarum indignatio ebibit spiritum meum: et terrores domini militat contra me. Nunquam rugiet onager cum habuerit herbam. aut mugiet bos cum ante presepe plenum steterit? Aut poterit comedi insulsam. quod non est sale conditum. Aut poterit aliquis gustare: quod gustatum affert mortem. Hic enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. Que prius nolebat tangere anima mea nunc pro angustia cibi mei sunt. Quis det ut veniat petitio mea. et quod expecto tribuat mihi deus. et qui cepit ipse me conterat? Soluat manum suam: et succidat me. et hec mihi sit consolatio ut affligens me dolore non parcat. nec contradicatur sermonibus sancti. Que est enim fortitudo mea ut sustineam. aut quis finis meus ut patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea enea est. Ecce non est auxiliium mihi in me. et necessarium quod mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo misericordiam. et morem domini dereliquit. Fratres mei perierunt me sicut torrens qui raptus transit in vallibus. Qui timent primum: irruet super eos nix. Ipe quo fuerint dissipati peribunt. et ut incaluerint solentur de loco suo. Involute sunt semite gressuum eorum. ambulabunt invacuum et peribunt. Confuderare semitas themam. itinera sabba: et expecrate paulisper. Confusi sunt: quia speravi. Venerunt quoque usque ad me. et pudore cooperiti sunt. Nunc venistis: et modo videntes plagas meam timetis. Nunquam dicit: afferte mihi. et de substantia vestra donate mihi vel liberate me de manu hostis. et de manu robustorum eruite me? Docete me et ego tacebo: et si quod forte ignoravi instruite me. Quare detraixistis sermonibus veritatis cum e vobis nullus sit qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis: et in ventum verba perfertis. Super pupillum irrucitis. et subvertere nescimini amicum vestrum. Verumtamen quod cepistis explete. Prebete aurem: et videte an mentiar. Ne fidete obsecro absque pretensione. et loquentes id quod iustum est iudicate. Et non inveniatis in lingua mea iniquitatem. nec in faucibus

meis stulticia personabit.

¶ L. S. Ostendit quod vivere labor est: mors festinat et non est reuersio. mors festinat intus: pernitet. et clamat.

Mercedarius est vita a bovis super terram: et sicut dies mercenarii dies eius. Sicut autem cervus desiderat umbram. et sicut mercennarius postulat finem operis sui. sic et ego habui menses vacuos et noctes laboriosas enumerant mihi. Si dormiero dicas quasi concursam. et rursus expectabo vespere et replebor doloribus usque ad tenebras. Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris: cutis mea aruit: et contracta est. Dies mei velociter transierunt quasi a tetente tela succiditur: et consumpti sunt absque ulla spe. Memoro quod ventus est vita mea: et non revertetur oculus meus ut videat bona. nec aspiciet me visus bovis. Oculi tui in me. et non subsistam. Sicut consumitur nubes et pertransit. sic qui descendit ad inferos non ascendet nec revertetur ultra in domum suam: neque cognoscet eum amplius locus eius. Quapropter et ego non parcam orationi meo. loquar in tribulatione spiritus mei. confabulabor cum amaritudine anime mee. Nunquam mare ego sum aut cetus. quia circumdedisti me carcere? Si dixerero consolabitur me lectulus meus. et releuabor loquens mecum in stratu meo terrebis me per somnia. et per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit suspensum anima mea et mortem ossa mea. Desperavi. Neque quod ultra iam vivam. Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quod magnificas aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: et subito perbas illum. Usquequo non parcas mihi: nec dimittis me ut glutinam salutem meam? Peccavi. quid faciam tibi o custos boium? Quare me posuisti contrarium tibi: et factus sum mihi inimicus? Cur non tollis peccatum meum? et quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: et si mane me quaesieris non subsistam.

¶ L. S. Baldath notat Job flagella meruisse et penam non fecisse. describit quoque hypocrisiam et ruinam eius. monet iob clamare ad dominum: ostendens ipsum esse misericordem: et respondit hypocrisis.

Respondens autem baldath suus: dixit. Usquequo loqueris talia et spiritus multiplex sermonis oris tui? Numquid deus supplantat iudicium: aut oipotens subvertit quod iustum est? Etiam si filii tui peccaverunt ei. et dimisit eos in manu inimicorum suorum. tu tamen si diluculo surrexeris ad deum et omnipotentem fueris deprecatus: si mundus et rectus incesseris: statim euigilabit ad te. et pacatum reddet habitaculum iusticie tue: intantum ut si priora tua fuerint parva: et nouissima tua multiplicentur nimis. Interroga enim generationem pristinam. et diligenter investiga patrum memoriam: besternit quippe sumus et ignoramus. quasi sicut umbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebant te. Loquentur tibi.

¶ iij

A
Amos. iij. a
B
pro. xxvij. a
C
D
E

A
i. cii. b
B
i. ix. c
C
D
i. xvi. b
A
B
Deu. xij. a
ps. cxij.

et de corde suo proferent eloquia. Nunquid vire
 rere potest scirpus absque humore, aut crescere
 charectum sine aqua? Eū ad huc sit in flore nec
 carpatur manu: ante omnes herbas arefcit, sic
 vire omnium qui obliuiscunt deum: et spes hypo
 crite peribit. Non ei placebit recordia sua, et si
 cut tela aranearū fiducia eius. Inmiseretur sup
 domū suam, et non stabit: sulciet eā et non con
 surget. Humectus videtur antequā ventat sol: et
 in ortu suo germen eius egredietur. Super acer
 uum petrarum radices eius densabunt, et in
 lapides commorabit. Si absorbuerit eū de lo
 co suo: negabit eum: et dicet. Non noui te. Hec
 est enim leticia vire eius, vt rursus de terra alij
 germinentur. Deus non pūciat simplicem nec
 porriget manū malignis, donec impleatur ris
 su os tuum, et labia tua iubilō. Qui oderunt te
 induentur confusione, et tabernaculum impio
 rum non subsistet.

¶ C. S. Job exponit magnalia dei: cuius cō
 paratione nulle sunt hominis iusticie. La. IX

¶ Respondēs Job ait. Vere scio q̄ ita
 fit: et q̄ nō iustificetur homo cōposit⁹
 deo. Si voluerit contendere cum eo,
 non poterit respondere ei vnum pro
 mille. Sapies corde est: et fortis robore. Quis
 resistit ei: et pacē habuit. Qui transtulit mōtes
 et nescierunt bī quos subuertit in furore suo.
 Qui cōmouet terrā de loco suo, et colūne eius
 cōcutiuntur. Qui precipit sol: et non oritur: et
 stellas claudit quasi sub signaculo. Qui exten
 dit celos solus: et graditur super fluctus maris.
 Qui facit arcturū et oriona et byadas: et inter
 riora austrī. Qui facit magna et incōprehensibi
 lia et mirabilia: quorum non est numer⁹. Si
 venerit ad me: nō videbo eū, si abierit nō intel
 ligam. Si repente interroget, quis responde
 bit ei? Vel quis dicere potest, cur ita facis? De
 cui⁹ ire nemo resistere potest: et sub quo cur
 uantur qui portant orbem. Quantus ergo sum
 ego vt respondeam ei: et loquar verbis meis
 cum eo? Qui etiā si habuero quippiā iustū: non
 respondebo, sed meum iudicē deprecabor. Et
 cum inuocantem me erudierit, nō credo q̄ au
 dierit vocē meā. In turbine enim cōteret me et
 multiplicat vulnera mea, etiā sine causa. Nō cō
 cedit requiescere spīrī meū: et implet me amar
 itudinibus. Si fortitudo q̄ritur, robustissim⁹
 est. Si equitas iudicij: nemo audet p̄ me testi
 monium dicere. Si iustificare me voluerō: os
 meū p̄dēnabit me. Si innocentem ostendero
 prauum me comprobabit. Etiam si simplex fue
 ro: hoc ipsum ignorabit anima mea et tedebit
 me vite mee. Unū est qd̄ locut⁹ sum: et innocen
 tem et impiū ipse consumit. Si flagellat occi
 dat semel, et non de penis innocentū rideat.
 terra data est in manus impij, vultū iudicij
 eius operit, q̄ si non ille est, quis ergo est? Dies
 mei velociores fuerūt cursore: fugerūt et nō vi
 derūt bonū. Pertransierūt quasi naues pomapo
 rantes: sicut aquila volans ad escam. Eū dixit

ro, nequaquā ita loquar. Imuto facies meā: et do
 lore torqueor. Verebar omnia opera mea sciens
 q̄ non parceres delinquenti. Si asit et sic impi⁹
 us sum: quare frustra laboraui. Si lotus fuero
 quasi aquis niuis: et fulserint velut mūdissime
 manus mee: tū sordib⁹ intinges me et abomi
 nabunt me vestimenta mea. Neq̄ enim viro q̄ si
 mīlis mei est rīdebo, nec qui mecum in iudicio
 ex quo possit audiri. Non est q̄ vtrūq̄ valeat ar
 guere: et ponere manū suā in abobus. Auferat
 a me virgā suam: et pauor eius non me terret
 at. Loquar: et non timebo eum. Nec enim pos
 sum metuens respondere.

¶ C. S. Job penitet et confitetur: allegat ad
 iudicē quod opus suū est, lutū fragile, et propē
 penas in se militantes plangit se natū, et petit
 locū penitētie antequā moriatur.

¶ La. X
 ¶ Adet animā meā vite mee: dimittam
 aduersum me eloquiū meū. Loquar
 in amaritudine anime me dicaz deo:
 noli me condēnare. Indica mihi, cur
 me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur:
 si calumniaris me: et opprimas me: opus manu
 um tuarum: et cōsiliū impiorū adiuues? Nū
 quid oculi carni: ei tibi sunt, aut sicut videt homo
 et tu videbis? Nunquid sicut dies hominis di
 es tui: et anni tui sicut humana sunt tempora:
 vt querat iniquitatem meā: et peccatū meū scri
 teris? Et scias q̄ nihil impium fecerim, cui sit
 nerō qui de manu tua possit eruere. Manus
 tue fecerunt me: et plasmauerunt me totum in
 circuitu: et sic repente precipitas me? Memen
 to queso q̄ sicut lutum feceris me: et in pulue
 rem reduces me. Nonne sicut lac multasti me, et
 sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnis
 vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Cū
 tam et misericordiam tribuisti mihi: et visitatō
 tua custodiuit spīrītum meū. Licet hec celes in
 corde tuo: tamen scio, quia vniuersorum memi
 neris. Si peccaui et ad boram pepercisti mihi
 cur ab iniquitate mea mundū me esse non pa
 teris? Et si impius fuero ve mihi est, et si iustus
 non leuabo caput: saturatus afflictione et mi
 seria. Et propter superbiam quasi leenam capi
 es me: reuersusq̄ mirabiliter me crucias. Ins
 tauras testes tuos contra me: et multiplicas
 iram tuam aduersum me: et pene militant in
 me. Quare de vulua eduxisti me. Qui vtinam
 consumptus essem ne oculus me videret. Fuis
 sem quasi non essem de vtero translatus ad tu
 mulum. Nunquid non paucitas dierum meorū
 finietur breuis? Dimitte ergo me vt plangā pau
 lulum dolorem meum antequā vadam et non res
 uertar ad terram tenebrosam: et opertā mortis
 caligine, terram miserie et tenebrarum: vbi um
 bra mortis et nullus ordo: sed sempiternus hor
 ror inhabitans.

¶ C. S. Sopbar iniuste Job arguit, dominum
 incomprehensibilem ostendit et penitenti mi
 sericordē ostendit. Capit. XI

Respondens autem sopbar naamatibi-
tes: dixit. Nunquid qui multa loquitur
non audiet aut vir verbosus iustifica-
bitur? Tibi soli tacebunt homines: et
cum ceteros irriseris a nullo confutaberis. Di-
xisti enim: Purus est sermo meus, et mundus sum
in conspectu tuo. Atque utinam deus loqueretur
tibi: et aperiret labia sua tibi ut ostenderet tibi
secreta sapientie et quod multiplex esset lex eius
et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo
quam mereretur iniquitas tua. Forsthan vestigia
dei comprehendes: et usque ad perfectum omnipoten-
tem reperies. Excelsior celo est. Et quid facies?
Profundior inferno: et unde cognosces? Longi-
or terra mensura eius: et latior mari. Si subuer-
terit omnia vel in unum coartauerit: quis contradis-
cet, et vel quis dicere ei potest, cur ita facis? Ip-
se enim nouit hominum vanitatem et videt iniquita-
tem: nonne considerat? Vir vanus in superbia
erigit, et tanquam pullum onagri se liberum natum
putat. Tu autem firmasti cor tuum: et expandisti
ad eum manus tuas. Si iniquitatem que est
in manu tua abstuleris a te: et non manserit in
tabernaculo tuo iniusticia: tunc leuare poteris
faciem tuam absque macula, et eris stabilis: et
non timebis. Miseris quoque obliuisceris, et quasi
aquarum que preterierunt non recordaberis,
et quasi meridians fulgor consurget tibi ad
vesperam. Et cum te consumptum putaueris ori-
eris ut lucifer, et habebis fiduciam proposita ti-
bi spe: et defessus securus dormies. Requiesces
et non erit qui te et terreat. Et deprecabuntur
faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum
deficient, et effugium peribit ab eis: et spes il-
lorum abominatio anime.

¶ Job ostendit suam penitentiam et dei
potentiam.

Capitulum. XII

Respondens autem iob: dixit. Ergo vos estis
soli homines: et vobiscum morietur sapien-
tia? Et mihi est cor sicut et vobis, nec in-
ferior vestri sum. Quis enim hec que nostis
ignorat? Qui deridet ab amico suo sicut ego:
innocabit deum: et exaudiet eum. Deridet enim ius-
ti simplicitas: lampas contempta apud cogita-
tiones diuitum: parata ad tempus statutum.
Abundant tabernacula predonum et audacter pro-
uocant deum, cum ipse dederit omnia in manus
eorum. Nimirum interroga summa, et docebunt te
et volatilia celi: et indicabunt tibi. Loquere ter-
re et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.
Quis ignorat quod omnia hec manus domini fecerit?
In cuius manu anima omnis viuens, et spiritus
vniuersae carnis hominis? Nonne auris verba
discernit, et fauces comedentis sapore? In anti-
quis est sapientia, et in multo tempore pruden-
tia. Apud ipsum est sapientia et fortitudo, et ipse
habet consilium et intelligentiam. Si destruxerit, ne-
mo est qui edificet, si incluserit hominem nullus est
qui aperiat. Si intuerit aquas: omnia siccabunt
si emisit eas: subuertent terram. Apud ipsum
est fortitudo et sapientia. Ipse nouit et decipiet, et

cum qui decipitur. Adducet psittacos in stultici-
fiam, et iudices in stuporem. Balbea regem doli obli-
uit et percipit fune renes eorum. Ducit sacerdo-
tes in gloriosos: et optimates supplantat. Comu-
tans labium veracium: et doctrinam senum auferens.
Effundit despectionem super principes: et eos qui
oppressi fuerant reuelans. Qui reuelat profunda
de tenebris: et producit in lucem umbram mor-
tis. Qui multiplicat gentes et producit eas, et sub-
uersas in integrum restituit. Qui immutat cor
principum populi terre, et decipit eos ut frustra ince-
dant per inuicem. Palpabunt quasi in tenebris: et non
in luce: et errare eos faciet quasi ebrios.

¶ Job arguit amicos ex verbis suis con-
denat hypocrisis, conditionem suam allegat. XIII

Ecce omnia hec vidit oculus meus: et au-
diuit auris mea, et intellexi singula.
Secundum sciam vestram, et ego noui, nec
inferior vestri sum. Sed tamen ad omnipoten-
tem loquor et disputare cum deo cupio prius vos
ostendens fabricatores mendacium, et cultores puer-
orum dogmatum. Atque utinam taceretis, ut putare
minime esse sapientes. Audite ergo correctiones me-
as et iudicium labiorum meorum attendite. Nunquid
deus indiget vestro mendacio: ut pro illo loquamini
nisi dolos? Nunquid faciem eius accipitis, et pro deo
iudicare nitimini? Aut placebit ei que celare
nihil potest, aut decipiet ut homo vestris fraudu-
lentis? Ipse vos arguet: quoniam in abscondito fa-
ciem eius accipitis. Statim ut se commouerit
turbabit vos: et terror eius irruet super vos. Des-
moria vestra comparabitur cineri: et redigentur
in lutum ceruices vestre. Tacete paulisper, ut loquor
quodcumque mihi mens suggererit. Quare lacerabo
carnes meas dentibus meis et animam meam por-
to in manibus meis? Etiam si occiderit me, in
ipso sperabo. Veritatem enim meas in conspectu
eius arguas: et ipse erit saluator meus. Non enim
veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite
sermonem meum: et enigmata percipite auribus
vestris. Si fuero iudicatus, scio quod iustus inue-
niar. Quis est qui iudicet mecum? Veniat. Qua-
re tacens presumor? Duo tantum ne facias mihi
et tunc a facie tua non abscondar. Manum tuam
longe fac a me et formido tua non me terreat.
Voca me et ego respondebo tibi: aut certe loquor
et tu responde mihi. Quatas habeo iniquitates
et peccata, scelera mea et delicta mea ostende mi-
hi. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me in-
micum tuum? Contra folium quod vento rapit om-
nis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris.
Scribis enim contra me amaritudines, et presume-
re me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in
neruo pedem meum: et obseruasti omnes semitas
meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quod
si putredo consumendus sum, et quasi vestimen-
tum quod comeditur a tineis.

¶ Describit vitam hominis, prophetat
resurrectionem, et petit protectionem in iudi-
cio: et ponit conditionem hominis. La. XIII

Homo natus de muliere: brevis viues tempore repletur multis miseris. Qui quasi flos egreditur et conteritur: et fugit velut umbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis superbutus cernodi aperire oculos tuos. et adducere eum tecum in iudicium. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt. numerus mensuram eius apud te est. Constituisti terminos eius: qui preteriri non poterunt. Recede paululum ab eo: quiescat donec optataveniat: et sicut mercenarius dies eius. Lignum habet spem. Si percisum fuerit. rursus virefcit: et rami eius pululant. Si senuerit in terra radice eius: et in pulvere e mortuus fuerit truncus illius: ad odorem aque germinabit. et faciet comam quasi cusprium plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit: et nudatus atque consumptus. ubi quiescit? Quomodo si recedant aque de mari: et fluvius vacue factus arefcit. sic homo cum dormierit non resurget. Donec atteratur celum non evigilabit nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me: et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Putasne mortuus homo rursus vivat? Eunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges deterram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Signasti quasi in sacco delicta mea: sed curasti iniquitatem meam. Dominus cadens defluit et saxum transferret de loco suo. Lapides excavaunt aque: et alluvione paulatim terra consumitur. et homines ergo sicut perdes. Roborasti eum paululum. ut in perpetuum transiret. Immutabis faciem eius et emittes eum. Siue nobiles fuerint filii eius siue ignobiles. non intelliget. Attamen caro eius dum vivet dolebit. et anima illius super semetipso lugebit.

Capitulum XV
Eliphas arguit Job de arrogantia sapientie et mundicie. agit quoque de impio superbo et hypocrita.

Respondens autem eliphas themanites: dixit. Numquid sapiens confidebit quasi in ventum loquens et implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis eum qui non est equalis tibi: et loqueris quod tibi non expedit. Quantum in te est evacuasti timorem: et tulisti preces coram deo. Docuit enim iniquitas tua os tuum et imitatus lingua blasphematum. Condennabit te os tuum: et non ego. et labia tua respondebunt tibi. Numquid primus homo tu natus es. et ante omnes colles formatus. Numquid consilium dei audisti. et inferior te erit eius sapientia. Quid nosti quod ignoramus? Quid intelligis quod nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui. Numquid grade erit consolari te de? Serpula tua prava hoc prohibet. Quid te elevat cor tuum: et quasi magna cogitas: attonitos babes oculos? Quid

tumet deum spiritus tuus ut proferas de ore tuo butum cernodi sermones. Quid est homo ut immaculatus sit: et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. et celi non sunt mundi in conspectu eius. quanto magis abominabilis et inutilis homo: qui bibit quasi aquam iniquitatem. Ostendam tibi audi me. quod vidi narrabo tibi: Sapientes confitentur: et non abscondunt patres suos. Quibus solis data est terra. et non transibit alienus pro eos. Eunctis diebus suis impius superbit. et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius et cum par sit: ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem. circumspectans vultus gladium. Cum se moverit ad querendum panem novit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terretur enim tribulatio: et angustia vallabit eum sicut regem qui preparat ad prelium. Tendet enim adversus deum manum suam: et contra omnipotentem roboratur est. Excurret adversus eum erecto collo. et pingui cervicis armatur est. Operuit faciem eius crassitudo: et de lateribus eius ruina depedit. Habitavit in civitatibus desolatis. et in domibus deserti que in cumulos sunt redacte. Non distabit nec perseverabit suba eius nec mittet in terra radicem suam. Non recedet de tenebris ramos eius arefaciet flamma: et auferet spiritum oris eius. Non recedet frustra errore deceptus quod aliquo beneficio redimendus sit. Assidue dies eius impleantur prebit: et manus eius arefcet. Redet quasi vinea in primo flore botrus eius. et quasi oliva precipiens florem suum. Congregatio enim hypocrite stellaris. et ignis devorabit tabernacula eorum qui munerata libenter accipiunt. Concepit dolorem: et peperit iniquitatem: et uterus eius parat dolorem.

Respondens autem Job dixit. **Capitulum XVI**
 Divi frequenter talia. Consolatores onesrosi omnes vos estis. Numquid habebunt sine verba ventosa? Aut aliquid tibi molestum est si loquaris. Poterant et ego filia vestri loqui. Atque utinam esset anima vestra pro anima mea. Consolaber et ego vos sermonibus: et moverem caput meum super vos. Roborare vos ore meo et movere labia mea. quasi preces vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero: non desiccat dolor meus: et si tacuerit non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus: et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Ruge mee testimonium dicit contra me. et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam contradicere mihi. Collegit furor meum in me: et primum mibi in fremuit contra me dentibus suis. Hostis meum terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua. et exprobrantes percusserunt maxillas meam: satiati sunt penis meis. Conclusit me deus apud iniquum: et manibus impiorum me tradidit. Ergo ille quondam opulentus repere contrisum tenuit cervicem meam. Confregit me: et posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me lacrimis suis

5. vii. a

B

E

8. xii. c

D

7. xxi. c

A

B

5. vii. d

E

D

8. vii. c
Esa. li. c

B

E

is cōmulerant lumbos meos. Non pepercit et effudit in terra viscera mea. Conscidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas. Sac cum confui super cutem meam: et operui cines re carnem meam. Facies mea intumuit a fletu et palpebre mee caligauerūt. Nec passus sum absq; iniquitate manus mee cum haberē mundas ad deum preces. Terra ne opies sanguinē meum: neq; inueniat in te locū latendi clamor meus. Ecce em̄ in celo testis meus: et conscius meus in excelsis. Verbofi amici mei: ad deum stillat oculus meus. Atq; vrinam sic iudicaretur vir cum deo. quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni trāsesunt. et semitā per quam non reuertar ambulo. **Ca. X. S.** In breuitate dierum et caligatione oculorum et putrefactione carnis dicit se patiens ter prestolari.

Ca. XVII
Spiritus meus attenuabitur: dies mei breuiabuntur: et solū mihi superest sepulchrum. Non peccaui. et in amaritudinibus moratur oculus meus. **Ca. XVIII**
Spera me et pone me iuxta te et cuius vis manus pugnet contra me. For eorum longe fecisti a disciplina. propterea non exaltabuntur. Prædā pollicetur socijs: et oculi filiorum eius deficiēt. Posuit me quasi in proverbium vulgi: et exemplum sum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus: et membra mea quasi in nihilū redacta sunt. Stupebant iusti super hoc. et innocens cōtra hypocrītā suscitabitur. Et tenebit iustus viam suam: et mundis manibus addet fortitudinem. Igitur omnes vos conuertimini et venite. et non inueniam in vobis vllū sapientem. Dies mei transierunt. cogitationes mee dissipate sunt: torquentes cor meum. Nosctem verterunt in diē: et rursus post tenebras spero lucem. Si sustinero: infernus domus mea est. et in tenebris strauit lectulum meum. Putredini dixi. pater meus es: mater mea et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea: et patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernū descendent omnia mea. Putas ne saltem sibi erit requies mihi? **Ca. XIX. S.** De luce. de captione et introitu impij baldath dicit.

Ca. XVIII
Respondens autem baldath suites: dicit. Usq; ad quem finem verba iactabis? Intellige prius. et sic loquamur. Quare reputati sumus vt inmenta: et sordidimus coram te. Quid perdis aiam tuam in furore tuo. Nūquid propter te derelinquetur terra. et transferentur rupes de loco suo? Nonne lux impij extinguetur. nec splendebit flamma ignis eius? Lur obtenebrescet in tabernaculo illius et lucerna que super eum est: extinguetur. Artabuntur gressus virtutis eius: et precipitabit eum consilium suum. Immisit em̄ in robere pedes suos. et in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo. et exardescet in eum n̄tis. Abscondita est in terra pedica eius et

decipula illius. sup semitā. Undiq; terrebunt euz formidines. et inuoluēt pedes eius. Attenuetur fame robur eius: et inedia inuadat costas illius. Deoret pulchritudinē cutis eius. et cōsumat brachia illius p̄mogenita mors. Auellat de tabernaculo suo fiducia eius. et calcet sup euz q̄si rex interitus. Habitant in tabernaculo illius socij eius qui nō est. aspgatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccant: sursum aut atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra. et nō celebret nomē eius in plateis. Expellet eū de luce in tenebras et de vrbē transferet eū. Nō erit semē eius neq; p̄genies in pp̄lo suo: nec vllē reliq; in regionib; eius. In die eius stupebunt nouissimi: et p̄mos inuadet horror. Nec sunt ergo tabernacula iniqui. et iste locus eius qui ignorat deum.

Ca. XIX. S. Job flagella sua d̄scribit. p̄betat de passione christi et resurrectione generali. et monet fugere a facie gladij.

Ca. XIX
Respondens aut iob: dicit. Usq; quo affligitis aiam meā. et atteritis membra mea? En decies pfundit me et nō erubescitis opprimentes me. Nempe et si ignorat: mecum erit ignorantia mea. At vos cōtra me erigimini: et arguitis me opprobrijs meis. Saltem nūc intelligite qz deus nō equo iudicio afflixerit me: et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vsq; patiens et nemo audiet. Uociferabor. et non est qui iudicet. Semitam meā circūsepsit et trāsire nō possum: et i calle meo tenebras posuit. Spoliant me gloria mea. et abstulit coronā de capite meo. Destruit me undiq; et pereō. et q̄si euulsa arbori abstulit sp̄m meā. Iratus est cōtra me furor eius. et sic me habuit q̄si hostem suū. Simul uenerunt latrones eius. et fecerunt sibi viā p̄ me: et obsederūt in gyro tabernaculum meum. Fr̄es meos lōge fecit a me. et noti mei q̄si alieni recesserūt a me. Dereliq; runt me p̄pinq; mei et q̄ me nouerant obliti sunt mei. Inq̄lini domus mee et ancille mee sicut alienū habuerūt me. et q̄si pegrinus fui in oculis eoz. Seruū meuz vocaui et nō respondit: ore p̄prio deprecabar illum. Malituz meū erboruit vxor mea et orabā filios vteri mei. Stulti q̄ despiciebant me. et cum ab eis recessissetz derrabebāt mihi. Abominati sunt me quōdā p̄sultarij mei. et quē maxime diligebam auersatus est me. Pellis mee cōsumptis carnibus adbesit os meus. et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei. qz manus dñi tetigit me. Quare p̄sequimini me sicut deus: et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat vt scribant sermōnes mei? Quis mihi det vt exarent in libro stili ferreo et plūbi lamina. v̄ celte sculpāt in siliice? Scio em̄ qz redēptor meus v̄iuit. et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursus circūdabor pelle mea et in carne mea videbo deū. Quē visurus sum ego sp̄e. et oculi mei cō-

E

D

earum. Incuruant ad fetum et parunt: et rugitus emittunt. Separant filii earum et pergunt ad pastum: egrediuntur et non reuertentur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum et vincula eius quis soluit. Eui dedit in solitudine domum et tabernacula eius in terra saluginis? Contemnit multitudinem civitatis. clamorem et actoris non audit. Circumspicit mores pascue sue. et virtutia que perquirat. Nunquid volet rhinoceros servare tibi. aut morabitur ad presepe tuum. Nunquid alligabis rhinocerotas ad arandum loro tuo. aut confringet glebas vallium post te. Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius. et derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi et aream tuam congreget? Penna strutionis similis est penis berodii et accipitris. Quoniam dereliquit ova sua in terra tu forsitan in pulvere calefacies ea? Obliviscitur quod pes concalcet ea. aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui frustra laboravit nullo timore cogente. Privavit enim eam deus sapientiam nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit in altum alas erigit: desiderat equum et ascensorem eius. Nunquid prebebis equo fortitudinem: aut circumdabis collo eius binnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror: terram vngula fodit. Exultat audacter: in occursum pergit armatis. Contemnit pavorem: nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra. vibrabit hasta et clypeus. Feruens et fremens sorbet terram: nec reputa tube sonare clangores. Ubi audierit bucinam. dicit vobis: procul adoratur bellum exhortationem ducum: et violatum exercitus. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expendens alas suas ad austrum. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila: et in arduis ponet nidum suum? In petris manet. in prupertis silicibus commoratur. atque in accessis rupibus. Inde contemplantur: et de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem. et ubicunque cadaver fuerit statim adest. Et adiecit dominus et locutus est ad iob. Nunquid qui contendit cum deo tam facile conquiescit? Utique qui arguit deum deus et respondere ei. infidens autem iob domino: dixit. Qui leniter locutus sum: respondere quod possum. Manum meam non ponam super os meum. Unum locutus sum. quod utinam non dixisset. et alterum quibus ultra non addam.

¶ De behemoth et malicia eius. de reprehensione malicie. d. m. b. r. s. et d. auricia et superbia eius

¶ **R**espondens. autem dominus iob de turbie dixit accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te et indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium meum et condemnabis me ut iustificeris? Et si habes brachium sicut deus et voce simili tonas: circumda tibi decorem et in sublime erigere. et esto: gloriosus. et speciosus induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo: et confunde eos et respice cunctos oculos arrogantem humilia. Respice cunctos

superbos et confunde eos et contere impios in loco suo. Absconde eos in pulvere simul et facies eorum demerge in foueam. et ego confitebor quod saluare te possit deus tua. Ecce behemoth quem feci tecum: fenem quasi bos comedit. Fortitudo eius in lumbis eius: et virtus illius in umbilico ventris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum nervi testicularum eius propleti sunt. Os eius velut fistule eris. cartilago illius quasi lamie ferree. Ipse est principium viarum dei. Qui fecit eum applicabit gladium eius: buic montes herbas ferunt. Omnes bestie agri ludunt ibi sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus. Protegunt umbra umbra eius circumdabunt eum salices torretis. Ecce absorbebit fluvium et non mirabitur. et habet fiduciam quod influat iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum et in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris leviathan hamo et fune ligabis ligam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid multiplicabit ad te preces aut loquetur tibi mollia. Nunquid fieret tecum pactus et accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi si autem et ligabis eum ancillis tuis? Et occidetur enim amici. dividunt illum negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius: et gurgustinum piscium capite illius? Pones super eum manum tuam. Omentum belli. Nec ultra addas loqui. Ecce spes eius frustrabitur eum: et videntibus cunctis precipitabitur.

¶ De ratione et potentia iob. ¶ **Ca. XLI**

¶ **N**on quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultui meo et quis ante dedit michi ut reddas ei? Omnia que sub celo sunt mea sunt. Non parca ei verbis potentibus: et ad deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem indumentum eius: et in medium oris eius quis intrabit? Porras vultus eius quis aperiet. Per gyrum dentium eius formido. corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis se pimentibus. Una vni congiungitur: et ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adhaerebit et tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis et oculi eius ut palpebre diluculi. De ore eius lampades procedunt sicut tede ignis accense. de naribus eius procedit fumus sicut olle succese atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit: et flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo et faciem eius procedit egestas. Ombra carnum eius coherentia sibi. Mittet contra eum fulmina: et ad locum alium non ferent. Os eius indurabitur tanquam lapis: et strigetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit: timebunt angeli: et territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius subsistere non poterit neque hasta neque torax. Reputabit eum quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum es. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam

Dasi. iij. c

E

D

A

Biere. l. g

B

D versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulā estu-
mabit malleū ⁊ deridebit vibrantē bastā. Sub
ipso erūt radij solis: et sternet sibi aurū quasi
lutū. Feruescere faciet quasi ollā pfundū maris
et ponet quasi cū vnguēta bulliūt. Post eum lu-
cebit semita. estimabit abyssum quasi senescen-
tē. Non est super terram ptās que cōparet ei.
quif factus est vt nullū tīmeret. Omne sublimē vi-
det. ipse ē rex sup vnīversos filios superbie.
¶ C. S. De oblatione ⁊ oratione iob p amīcis
suis. et duplicatōe ouīs eius et camelozū. bouz
et asinarū. et de gloria eius. de datis ei liberis
et de obitu ipsius.

R Espondens autē iob dño: dicit. Scio
qz omnia potes. et nulla te laet cogita-
tio. Quis est iste qui celat cōsiliū abs-
qz scientia? Ideo insipienter locutus
sum: et que vltra modum excedūt sciam meam
Audi et ego loquar: interrogabo te ⁊ rñde mi-
hi. Auditu auris audiui te: nūc autē oculus me-
us videt te. Idcirco ipse me respōdendo. et ago pe-
nitentiā in fauilla ⁊ cinere. Postq̄ autē locutus
est dñs verba hec ad iob dicit ad eliphā thēma-
nitē. Iratus est furor meus in te et in duos a-
micos tuos qm̄ nō estis locuti corā me rectum
sicut seruus meus iob. Sumite ergo vobis se-
ptem thauros et septē arietes. et ite ad seruum
meū iob. et offerte holocaustū pro vobis. Iob
autem seruus meus orabit pro vobis. faciē ei⁹
suscipiāt nō vobis imputet stulticia. Neqz em̄
locuti estis coram me rectū sicut seruus meus
iob. Abierunt ergo eliphā thēmanites et bas-
dat suites. et sopbar naamatbites. et fecerūt si-
cut locutus fuerat dñs ad eos. ⁊ suscepit dñs fa-
ciem iob. Dominus q̄ cōuersus ē ad penitentiā
iob. cum oraret ille pro amīcis suis. Et addidit
dominus omnia quecūqz fuerant iob duplicia
Uenerunt ad eum om̄s fratres sui et vnīverse
sorores sue et cuncti qui nouerāt eū prius. ⁊ co-
mederunt cū eo panē in domo eius. Et moue-
runt super eū caput et consolati sunt eū super
om̄i malo qd̄ intulerat dñs sup eū: et dederunt
ei vnusquisqz ouē vnā et inaurē aureā vnā. Do-
minus autē benedixit nouissimis iob magis q̄
p̄ncipio eius. Et facta sunt ei quattuordecim
milia ouium. et sex milia cameloz et mille iug-
ga boum. et mille asine. et fuerunt ei septē filij
⁊ tres filie. Et vocauit nomē vnus diē. ⁊ nomē
secūde cassiā. et nomen tertie cornustibij. Non
sunt autē inuēte mulieres speciose sicut filie iob
in vnīversa terra. Deditqz eis pater suus herē-
ditatē in̄ fratres earū. Uixit autē iob post fla-
gella hec. centū q̄draginta annis. et vidit filios
suos et filios filioz suoz vscqz ad quartā ḡna-
tionē. et mortuus est senex et plenus dierum.

¶ Explicat liber iob. Incipit prolog⁹ bea-
ti Hieronymi presbyteri in psalterium.
P salterium romē dudū positus emēda-
rem: ⁊ iuxta septuaginta interpretes
licet cursim: magna tñ ex parte corre-
per. m. Quod quia. rursus videtis o paula et

eustochium scriptozum vicio deprauatum. plus
q̄ antiquum errorem quam nouam emendati-
onem valere: me cogitis vt veluti quodam no-
uali. scissum iam aruum eterream. et obliquis
sulcis renascentes spinas eradicem equum es-
se dicentes. vt quod crebro male pululat. crebri-
us succidatur. Unde consueta prefatōe cōmo-
neo. tam vos quibus forte labor iste desudat q̄
eos qui exemplaria istiusmodi habere volue-
runt. et que diligenter emēdaui. cum cura et di-
ligentia transcribatur. Notet sibi vnusquisqz vl-
tiam lineam vel radiantia signa. i. obelos
vel asteriscos. et vbiqz viderit virgulam p̄-
cedentem. ab ea vscqz ad duo puncta que imp̄-
simus. sciat in septuaginta translatoribus pl̄
haberi: vbi autem perspexerit stelle similitudi-
nem. de hebreis voluminibus additum noue-
rit eque vscqz ad duo p̄cta. iuxta theodotionis
dūtarat editionem. qui simplicitate sermonis
a septuaginta interpretibus nō discordat. Hec
ergo et vobis et studioso cuiqz fecisse me sciēs
non ambigo multos fore qui vel inuidia vel su-
percillio malint contemnere videri preclara q̄
discedere. et de turbulēto magis riuo q̄ de pu-
rissimo fonte potare.

¶ Explicat prologus. Incipit liber hym-
nozū vel soliloquiorum. Psalm⁹ dauid. I

B eatus vir qui
non abiit in consilio im-
piorum. et in via peccato-
rum nō stetit: et in cathē-
dra pestilentie nō sedit.
Sed in lege dñi voluntas
ei⁹: et in lege eius medita-
bitur die ac nocte. Et
erit tanq̄ lignum qd̄ pla-
tatum est secus decursus
aquarū: qd̄ fructū suū dabit in tpe suo. Et foliū
eius non defluet: et om̄ia quecūqz faciet p̄spe-
rabuntur. Nō sic impij nō sic: sed tanq̄ puluis
quē p̄ncipit ventus a facie terre. Ideo nō resur-
gunt impij in iudicio: neqz peccatores in p̄silio
iustozū. Quis nouit dñs viam iustozū: et iter im-
piorum peribit. ¶ Psalmus dauid. II

Q uare fremuerunt gētes: ⁊ populi me
meditati sunt inania. Astiterūt reges
terre ⁊ p̄ncipes conuenerunt in vnū
aduersus dominū: et aduersus t̄pm
eius. Dirūpamus vincula eozū: et p̄ncipiam⁹
a nobis iugum ipsozū. Qui habitat in celis irri-
debit eos: ⁊ dñs subsannabit eos. Tūc loquet̄
ad eos in ira sua: ⁊ in furore suo turbabit eos
Ego autē p̄stitui sum rex ab eo sup syon montē
sc̄tm eius: p̄dicās p̄ceptū ei⁹. Dñs dixit ad me
fill⁹ meus es tu: ego hodie genui te. Postula a
me ⁊ dabo tibi gētes hereditatē tuā: ⁊ possessi-
onē tuā terminos terre. Reges eos in p̄ga ser-
rea: ⁊ tāq̄ vas figuli p̄fringes eos. Et nunc re-
ges itelligite: erudimini q̄ indicat⁹ terrā. Ser-
uite dño in timore: ⁊ exultate ei cōtremor. Ap-

f. act.

Ephe.

Dicere.

Act. iij. e.

T. iij. ro. f.

Hebre. l. b.

Act. iij. e.

Apoca. l. iij. c. xix. s.

prebendite disciplinā : ne qñ irascat dñs r pe/ reatis devia iusta. Eñ exarserit in breui ira ei? beati om̃s qui cōfidunt in eo. ¶ Psalmus dauid cum fugeret a facie absalon filij sui. III

1. petri. c. l. i.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt aie mee: nō ē sal? ip̃i in deo eius. Tu autē dñe susceptor meus es: gloria mea et exaltās caput meū. Uoce mea ad dominum clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui et soporatus: et exurret i q: dñs suscepit me. Non timebo milia ppli circūdant̃ me: erurge dñe saluum me me fac deus meus. Qm̃ tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorū p̃truisisti. Dñs ē salus: et super populum tuū bñdictio tua. ¶ In finē i carminib? ps̃ dauid. III

ep̃to. iij. f

Quam inuocare exaudiuit me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: et exaudi orationē meā. Fili hoīz vsq; quo graui corde: ut quid diligitis vanitatē et queritis mēdaciū? Et scitote qm̃ mirificauit dñs sanctū suū: do minus exaudiet me cū clamaui ad eū. Irascimini et nolite peccare: que dicitis in cordib? vestris: et in cubilibus vestris p̃pūgimini. Sacrificate sacrificiū iusticie et sperate in domino: multi dicunt quis ostēdit nobis bona. Signatū est super nos lumen vultus tui domine: dedisti leticiam in corde meo. A fructu frumenti vini et olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiā et requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me. ¶ In finem pro ea que hereditatē cōsequit. ps̃ dauid. IV

1. ioh. ro. iij. b

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos. Odis omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Virum sanguinū et dolosum abominabit dñs: ego autē in multitudine misericordie tue. Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctū tuum in timore tuo. Domine deduc me in iusticia tua: ppter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meā. Qm̃ nō est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est est guttur eorū: linguīs suis dolose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis: s̃m multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine. Et letent oēs qui sperant in te: in eternū exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligūt nomen tuū: qm̃ tu bñdices iusto. Domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. ¶ In finem in carminibus pro octaua. ps̃ dauid. VI

Domine ne i furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum: sana me dñe qm̃ cōturbata sunt ossa mea. Et aia mea turbata est valde: sed tu dñe vsq; quo. Conuertere dñe et eripe aiam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Qm̃ nō est in morte q memo: sit tui: in inferno autem q̃s confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo: lauabo p̃ singulas noctes lectū meū lacrymis meis stratū meum rigabo. Turbatus est a furore oculus me? inueteraui inter om̃s inimicos meos. Discedite a me om̃s qui operamini iniquitatem: qm̃ exaudiuit dñs vocē fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem meā: dñs orationē meam suscepit. Erubescant et cōturbeuf vebemēter om̃s inimici mei: pueritentur et erubescāt valde velociter. ¶ In finem psalmus dauid quem cantauit dño p̃ verbis chusi filij gemini. VII

1. petri. v. i.

Mat. vij. d et. xv. d Luce. xv. f

Domine deus me? in te speraui: saluum me fac ex oibus psequētib? me et libera me. Neqñ rapiat vt leo aiaz meā: dñ nō ē q̃ redimat neq; q saluum faciat. Dñe de? meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentib? mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis. Persequat infirmus aiam meam et comprehēdat: et pulcet in terra vitam meā et gloriam meā in puluerem deducat. Exurge dñe in ira tua: et exaltare in finib? inimicorū meorum. Et exurge dñe deus me? in p̃cepto qd̃ mādaisti: et synagogas populorū circūdabit te. Et ppter hanc in altū regredere: dñs iudicat p̃p̃os. Iudica me dñe s̃m iusticiam meā: et s̃m innocentia meā super me. Consumetur neq̃tia peccatorum: et diriges iustum scrutās corda et renes deus. Iustū adiutorium meū a dño: qui saluos facit rectos corde. De? iudex iustus fortis et patiens: nunqd̃ irascet per singulos dies. Nisi cōuersi fueritis gladiū suū vibrant: arcum suū tetendit et parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiā: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacus aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput ei? et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Cōfitebor dño s̃m iusticiam eius: et psallaz nomen domini altissimi. ¶ In finē p̃ torcularibus ps̃ dauid. VIII

Job. xv. b

1. ioh. iij.

Domine dñs noster: q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Qm̃ eleuata est magnificentia tua sup celos. Ex ore infantū et lactentū p̃fecisti laudē ppter inimicos tuos: vt destruas inimicū et vltorē. Qm̃ videbo celos tuos opa digitorū tuorū: lunā et stellas q̃ tu fundasti. Quid ē hō q̃ memor es ei? aut fili? hoīs qm̃ vifitas eū? Dimuisti eū paulom? ab angel? glia et bonore coronasti eū: et p̃stituisti eū sup opa

Mat. xxi. b

Psalterium

Ibidem manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus ei: oues et boues vniuersas: insup et pecora cāpi. Volucres celī et pisces marī: qui perambulāt semitas maris. Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. **C** In finē ps̄ occultis filiis ps̄ dd.

I. ct. r. j. xxxvi.

Confitebor tibi dñe i toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua. Letabor et exultabo in te: psallā nomini tuo altissime. In cōuertendo inimicū meū retrorsum: infirmabūtur et peribunt a facie tua. qm̄ fecisti iudiciū meū et causam meā: sedisti super thronū qui iudicas iusticiā. Increpasti gētes et peristi impij: nomē eorū delesti in eternū et in seculū seculi. Inimici defecerunt frumē in finem: et ciuitates eorū destruxisti. Peristi memoria eorū cū sonitu: et dñs in eternū pmanet. Parauit in iudicio thronū suū et ipse iudicabit orbem terre in equitate: iudicabit p̄p̄os in iusticia. Et factus est dñs refugium pauperū: adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Et sperent in te qui nouerunt nomē tuū: qm̄ nō dereliquisti querentes te dñe. Psallite dño q̄ habitant in syon: annunciate inter gētes studia ei. Qm̄ requirens sanguines eorū recordatus est: non est oblitus clamorem pauperū. Misere mei dñe: vide humilitatē meā de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt annūciem om̄s laudationes tuas in portis filie syō. Exultabo in salutarī tuo: infixe sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt: comprehensus est pes eorū. Eo cognoscetur dñs iudicia facies: in operibus manū suarū comprehensus est peccator. Conuertantur peccatores in infernū: omēs gentes q̄ obliuiscuntur deū. Qm̄ nō in fine oblitio erit pauperis: patientiā pauperū nō peribit in finē. Exurgit dñe nō confortetur homo: iudicent gētes in cōspectu tuo. Constitue dñe legistatores sup eorū: vt sciant gentes qm̄ homines sunt. Ut quid dñe recessisti longe: despicias in oportunitatibus in tribulatione. Dum supbit impij incenditur pauper: cōprehenduntur in cōsilijs q̄bus cogitat. Qm̄ laudatur peccator in desiderijs aīe sue: et iniquū benedicitur. Et exacerbauit dñm peccator: sm̄ multitudinē ire sue nō queret. Non est deus in conspectu eius: inquinatae sunt viē illi in oī tpe. Auferūtur iudicia tua a facie eius: oīm inimicorū suorū dñabitur. Dixit em̄ in corde suo: non mouebo: a generatiōe in generationem sine malo. Cuius maledictione os plēnū est et amaritudine et dolo: sub lingua eius labor et dolor. Sedet in insidijs cū diuitibus in occultis vt interficiat innocentē. Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiat in abscondito quasi leo in spelūca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum: inclinat se et cadet cū dñatus fuerit pauperū. Dixit em̄ in corde suo oblitus est deus: auertit facies suā ne videat in finē. Exurge dñe deus et exaltet ma-

s. vi.

i. r.

nus tua: ne obliuiscaris pauperū. Propter qd̄ irritauit impij deū: dixit em̄ in corde nō req̄ret. Tides qm̄ tu laborē et dolorē p̄sideras: vt tradas eos in manū tuas. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Cōtere brachiū p̄dū et maligni: q̄ref p̄ctm̄ illi et nou inuenies. Dñs regnabit in eternū et in sc̄m seculi: p̄bitis gentes de terra illi. Desideriū pauperū exaudiuit dñs: p̄parationē cordis eorū audiuit auris tua. Iudicare pupillo et hūili: vt nō apponat ultra magnificare se bō sup trā. **C** In finē ps̄ dd. X

In dño p̄fido quō dicitis aīe mee tras migra i montē sicut passer. Qm̄ ecce p̄ctōres intenderūt arcū: parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittēt in obscuro rectos corde. Qm̄ q̄ p̄fecisti destruxerunt iustū aut qd̄ fecit: dñs in tēplo sc̄o suo: dñs in celo sedes ei. Oculi ei in pauperes respiciūt: paupere ei interrogat filios boīm. Dominus interrogat iustū et impiū: q̄ aut diligit iniquitates odit aīam suā. Pluet sup p̄ctōres leq̄os: ignis et sulphur et spūs p̄cellarū ps̄ calicis eorū. Qm̄ iustus dñs et iusticias dilexit: equitatē vidit vultus eius. **C** In finē ps̄ dd p̄ octaua. XI

Saluū me fac dñe qm̄ defecit sanctus: qm̄ diminue sūt vitates a filiis boīum. Vana locuti sunt vnusq̄sq̄ ad primū suū: labia dolosa in corde corde locuti sunt. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa: et linguā magniloquā. Qui dixerūt: linguā nr̄a magnificabim: labia nr̄a a nobis sunt: q̄s noster dñs est. Propter miserā inopiā et gemitū pauperū nūc eturgā dicit dñs. Ponā in salutarī fiducialiter agā in eo. Eloquia dñi eloq̄a casta: argentū igne examinātū: p̄batū terre purgatum septuplū. Tu dñe seruabis nos et custodies nos: a generatiōe hac in eternū. In circuitu impij ambulāt: sm̄ altitudinē tuā multiplicasti filios boīm. **C** In finē ps̄ dd. XII

Quō dñe obliuisceris me in fine: vsq̄quo auertis faciē tuā a me. Quādiū ponā cōsilia in aīa mea dolorē in corde meo p̄ diem: vsq̄quo exultabit inimicus meus sup me: respice et exaudi me dñe deus meus. Illumina oculos meos: ne vnq̄ obdormiā in morte: neq̄m dicat inimicus meus: p̄uaui aduersus eum. Qui tribulāt me exultabit si morus fuero: ego aut in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutarī tuo: cantabo dño q̄ bona tribuit mihi: et psallaz nomini dñi altissimi. **C** In fine ps̄ dauid. XIII

Dixit insipies in corde suo: nō est deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sūt in studijs suis: non est q̄ faciat bonū: nō est vsq̄ ad vnū. Dñs de celo p̄spexit sup filios boīm: vt videat si est intelligens aut requirēs deū. Omēs declinauerunt simul inutiles facti sunt: nō est q̄ faciat bonū: nō est vsq̄ ad vnū. Sepulcrū patēs est guttur eorū: liguis suis dolose agebant: venenū aspidū sub labijs eorū. Quorū os maledictione et amaritu-

Habacu. i. d. s. it.

I. lxxv.

s. vi.

i. lxx.

i. lxx.

s. v. rbo. d.

is boīm. d.

dsine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Eorritio et infelicitas iuvis eorum: et via pacis non cognoverunt: non est timor dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem qui deorum: aut plebem meam sicut escam panis? Dominum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis conspuerunt: quoniam dominus spes eius est. Quis dabit egypton salutare israel: cum adverterit dominus captivitatem plebis sue: exultabit iacob et letabitur israel. **In fine psalmi dauid.**

l. xxv.

l. iij.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolus in lingua sua. Nec fecit primo suo malum: et obprobrium non accepit adversus primos suos. Ad nihilum ductus est in conspectu eius malignus: timores autem domini glorificat. Qui iurat primo suo et non decipit: quia pecunia sua non dedit ad usuram et munera super innocentes non accepit. Qui facit bec: non commovebitur in eternam.

Tituli inscripti ipsi dauid.

Quoniam speravi in te domine deus meus tu: quoniam honorum meorum non eges. Sanctis qui sunt in terra eius: misericors est omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. Non congregabo puenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in preclaris: et enim hereditas mea preclara est mihi. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper et versus ad noctem increpaverunt me renes mei. Proinde debam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear: propter hoc letatum est cor meum et exultavit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua versus in finem.

Act. ij. c.

Act. xij. e.

Quoniam speravi in te domine deus meus tu: quoniam honorum meorum non eges. Sanctis qui sunt in terra eius: misericors est omnes voluntates meas in eis. Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. Non congregabo puenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dominus pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in preclaris: et enim hereditas mea preclara est mihi. Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: insuper et versus ad noctem increpaverunt me renes mei. Proinde debam dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi ne commovear: propter hoc letatum est cor meum et exultavit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua versus in finem.

Oratio dauid.

Audi domine iustitiam meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant equitatem. Probasti cor meum et visitasti nocte: igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Ut non loquar os meum opera bonorum propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis: ut non moveantur vestigia mea. Ego clamavi quoniam exaudisti me. deus inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Dirigifica misericordias tuas: qui saluos facis sperantes in te. A resistibus dextere tue custodi me: ut pupillam oculi. Sub vni-

bra alarum tuarum protege me: a facie impiorum qui me affligerunt. Inimici mei animam meam circumdederunt adipem suum et cluserunt os eorum locutum est superbiam. Projicientes me nunc circumdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo parat ad predam: et sicut catulus leonis bitans in abditi. Et surge domine pueni eum et supplat a eum eripe animam meam ab impio: frameam tuam ab inimicis manuum tue. Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum: et de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Satiati sunt filii: et diuiserunt reliquias suas puillis suis. Ego autem in iusticia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua. **In fine nem puero domini dauid qui locutus est domino per verba canticum bui in die qui eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius. et de manu saul et dixit.**

Domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meum. Deus meus adiutor meus: et spabo in eum. Protector meus et cornu salutis mee: et susceptor meus. Laudans invocabo dominum: et ab inimicis meis saluus ero. Circumdederunt me dolores mortis: et torquentes iniquitatis perturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me: occupaverunt me laquei mortis. In tribulatione mea invocavi dominum et ad deum meum clamaui. Et exaudivit de templo sancto suorum vocem meam: et clamor meus in conspectu eius introiit in aures eius. Commota est et tremuit terra: fundamenta montium turbata et commota sunt quoniam iratus est eis. Ascendit fumus in ira eius et ignis a facie eius et arsit: carbones succensi sunt ab eo. Inclinauit celos et descendit: et caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubin et volavit: volavit super penas ventorum. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. Prefulgure in conspectu eius nubes transierunt: grando et carbones ignis. Et intonuit de celo dominus: et altissimus dedit vocem suam: grando et carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissipavit eos: fulgura multiplicavit et turbavit eos. Et apparuerunt fontes aquarum: et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue. Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis: et ab his qui oderunt me quoniam confortati sunt super me. Preuenerunt me in die afflictionis mee: et factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniam voluit me. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodivi vias dominus: nec impietate gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iustitias eius non repulsi a me. Et ero immaculatus cum eo: et observabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritates manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris. Et cum ele-

ij. Re. xx. c. i. xij.

ij. Re. xij. a

cto electus eris: et cum peruerso puerteris. Quoniam tu populum bene saluum facies: et oculos superborum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar a temptatione: et in deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus preter dominum: aut quis deus preter deum nostrum. Deus qui percipit me virtute. et posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: et super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad plium: et posuisti sicut arcum creum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tue: et dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in fine: et disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos et comprehendam illos: et non conuertar donec deficient. Confringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Et percipisti me virtute ad bellum: et supplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: et odietes me disperdisti. Clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad dominum: nec exaudivit eos. Et continuam eos ut puluerem ante faciem ventis: ut lutum platearum delebo eos. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus quem non cognouit seruauit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filii alieni mentis sunt mihi: filii alieni inueterati sunt: et claudicauerunt a semitis suis. Uiuat dominus et benedictus deus meus: et exaltet deus salutis mee. Deus qui das vindictas mihi et subdit populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus domine: et nomen tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius: et facies misericordiam christo suo dauid: et semini eius usque in seculum. ¶ In fine psalmi domini. XVIII

Qui enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmiter. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquela neque firmos: quorum non audiant voces eorum. In omnem terram eruit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanquam spiritus procedens de tabernaculo suo. Exultauit sicut gigas ad currendam viam: a summo celo egressio eius. Et occursum eius usque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Quia domini immaculata conuertens auras: testimonium domini fidele sapientiam prestant puulis. Iusticie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Timor domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia domini vera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum: et dulciora super mel et fauam. Et sicut seruum tuum custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me: et ab alienis peccato seruo tuo. Si mei non fuerint delicta tunc immaculatus ero: et emunda-

bor a delicto maximo. Et erunt ut conplaceat eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus. ¶ In fine psalmi domini. XIX

Exaudiet te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxiliium de sancto: et de syon tueaf te. Memori sit omnis sacrificium tuum: et bolarum tuum pingue fiat. Tribuat tibi sicut cor tuum: et omne consilium tuum confirmet. Letabimur in salutari tuo: et in nomine dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognouit quoniam saluum fecit dominus christum suum. Et audi et illum de celo sancto suo: in potentatibus salu dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine saluum fac regem: et exaudi nos in die qui inuocauerimus te. ¶ In fine psalmi domini. XX

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit uehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei: et uoluntate laborum eius non fraudasti eum. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vita petiit a te et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum: et in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloria et magnam decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictione in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex sperat in domino et in misericordia altissimi non commouebit. Inueniat manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos et deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra pedes: et semen eorum a filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preprobabitur tui eorum. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas. ¶ In fine psalmi pauis per susceptione matutina. XXI

Deus deus meus respice in me: quare me dereliquisti: longe a salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas: laus israel. In te sperauerunt patres nostri: spauerunt et liberaasti eos. Ad te clamauerunt et salui facti sunt: in te spauerunt et non sunt confusi. Ego autem sum uermis et non homo: opprobrium hominum et abiectionis plebis. Quis uidentes me deriserunt me: locuti sunt labiis et mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciet eum quoniam uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uerbis matris mee: in te protectus sum et uero. De ventre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniam tribulatio prima est: quoniam non est qui adiuuet. Circumdede runt me uultus multorum: tauri pingues obsederunt me. Apuerunt super me os suum: sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia

1. xliij.
ij. Re. xliij. c
j. xliij

ij. Re. xliij. d
Roma. xv. b

Roma. x. d

mat. xxv
Job. xij

Deb. ij

1. Cor. x. f

6. xliij.

Intra ossa mea. Factum est cor meum tanq̄ cera
 liquefscens: in medio ventris mei. Aruit tanq̄
 cista virtus mea et lingua mea adbesit faucibus
 meis: et in puluerem mortis deduxisti me.
 Quoniam circumdederunt me canes multi: cō
 filium malignantium obsedit me. Foderūt ma
 nus meas et pedes meos: dinumerauerūt oīa
 ossa mea. Ipsi vero considerauerunt et inspe
 rerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et
 super vestem meam miserunt sortem. Tu autē
 domine ne elongaueris auxilium tuum a me:
 ad defensionem meam cōspice. Erue a framea
 deus animam meam: et de manu canis vnicā
 meam. Salua me ex ore leonis: et a cornibus
 unicornium humilitatem meam. Narrabo no
 men tuuz fratribus meis: in medio ecclesie lau
 dabo te. Qui timetis dominum laudate eum:
 vniuersum semen iacob glorificate eum. Time
 at eum omne semen israel: quoniam spreuit ne
 q̄ desperit deprecationem pauperis. Nec ad
 uertit faciem suam a me: et cum clamarem ad
 eum exaudivit me. Apud te laus mea in eccle
 sia magna: vota mea reddam in conspectu ti
 mentium eum. Edent pauperes et saturabun
 tur: et laudabūt dominum qui requirit eum:
 uiuent corda eorum in seculum seculi. Remini
 scentur et conuententur ad dominum: vniuer
 se fines terre. Et adorabunt in conspectu eius:
 vniuerse familie gentium. Quoniam domini est re
 gnum: et ipse dñabit gētuz. Manducauerūt et
 adorauerūt oēs pingues terre: in conspectu es
 ius cadent omnes qui descendunt in terram.
 Et anima mea illi uiuet: et semen meum serui
 et ipsi. Annūciabit dño gñatio ventura: et an
 nunciabunt celi iusticiam eius: populo qui nas
 scetur quē fecit dominus. **Ps̄ dauid. XXII**

Mat. xvii. e
Job. xix. e

Deb. ii. c

Dominus regit me et nihil mihi deerit:
 in loco pascue ibi me collocauit. Sup
 aquam refectionis educauit me: ani
 mam meam cōuertit. Deduxit me su
 per me semitas iusticie: propter nomen suum
 Nam et si ambulauero in medio ymbre mortis
 non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga
 tua et baculus tuus: ipsa me cōsolata sunt. Pa
 rasti in conspectu tuo mensam aduersus eos q̄
 tribulāt me. Impinguasti in oleo caput meū:
 et calix meus inebrians q̄ preclarus ē. Et mise
 ricordia tua subsequet me: oībus diebus vite
 mee. Et vt inhabitē in domo domini in lōgiu
 dinē dieruz. **Ps̄ dd̄ in p̄ma sabbati. XXIII**

L. Cor. i. f

6. p̄m.

Domini est terra et plenitudo eius or
 bis terrarum: et vniuersi qui habitant
 in eo. Quia ipse super maria fundas
 uit eum: et super flumina prepara
 uit eum. Quis ascendet in montem domini:
 aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens
 manibus et mūdo corde qui non accepit in va
 no animam suam: nec iurauit in dolo proximo
 suo. Hic accipiet benedictionē a dño: et miam
 a deo salutari suo. Hec ē gñatio q̄rētium eum:
 q̄rētium faciē dei iacob. Attollite portas p̄nci

pes vestras: et eleuamini porte eternales: et
 introibit rex glie. Quis est iste rex glie: domi
 nus fortis et potēs: dñs potens in plio. Attol
 lite portas p̄ncipes v̄ras et eleuamini porte
 eternales: et introibit rex glie. Quis ē iste rex
 glie: dñs virtutum ipse est rex glorie.

In finem psalm̄ dd̄. XXIII
Ad te dñe leuaui aīam meā: de
 in te cōfido nō erubescā. Neq̄ irris
 deant me inimici mei: etenim vniuer
 si q̄ sustinēt te nō confundent. Confundant omēs
 iniqua agentes: supuacue. Uias tuas dñe de
 monstra mihi: et semitas tuas edoce me. Diri
 ge me in veritate tua et doce me q̄ tu es salua
 tor me: et te sustinui tota die. Reminiscere mi
 serationum tuaz dñe: et miaz tuarum q̄ a sclo
 sunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorācias me
 as ne memieris. Sedz miaz tuā memeto mei
 tu: p̄pter bonitatē tuā dñe. Dulcis et rectus do
 minus: p̄pter hoc le gē dabit delinquentibus in
 via. Diriget māsuetos in iudicio: docebit mī
 tes vias suas. Vniuersę dñi mīa et veritas
 req̄rentibus testm̄ eius: et testimonia ei. Pro
 pter nomē tuum dñe p̄pitiaberis pctō meo:
 multum est em̄. Quis est bō q̄ timet dñm: legē
 statuit ei in via quā elegit. Aīa ei in bonis de
 morabit: et semē ei hereditabit terrā. Firma
 mentū est dñs timētibz eū: et testamentū ip̄i
 vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad do
 minum quoniam ipse euellet de laqueo me
 os. Respice in me et misere mei: q̄ vnicus et pau
 per sum ego. Tribulationes cordis mei multi
 plicate sunt: de necessitatibus meis erue me.
 Uide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte
 vniuersa delicta mea. Respice inimicos me
 os qm̄ multiplicati sunt: et odio iniquo oderūt
 me. Custodi aīam meā et erue me: nō erubescā
 qm̄ speraui in te. Innocētes et recti adheserūt
 mihi: quia sustinui te. Libera deus israel: ex oi
 bus tribulatiōibz suis. **Psalm̄ dd̄. XXV**

7. lxxv.

Adica me dñe qm̄ ego in innocētia
 mea ingressus suz: et in dño speras
 nō ifirmabor. Proba me dñe et tēpta
 me vt renes meos et cor meū. Quoniam
 mīa tua añ oculos meos est: et cōplacui in v̄ita
 te tua. Nō sedi cū p̄cilio vanitatis: et cū iniq̄ ge
 rētibz nō introibo. Odium ecclesiam malignātiū:
 et cū ip̄is nō sedebō. Lauabo iter innocentes
 man⁹ meas: et circūdabo altare tuū dñe. Ut au
 diā voces laudis: et enarrē vniuersa mirabilia
 tua. Dñe dilexi decorē dom⁹ tue: et locū habitō
 nis glie tue. Ne pdas cū impijs de aīaz meā:
 et cū v̄ris sanguinū vitā meā. In quorū ma
 nibus iniquitates sunt: dextera eoz repleta est
 muneribz. Ego autē in innocētia mea ingressus
 sum: redime me et miserere mei. Pes em̄ me
 stetit in directo: in ecclesijs benedica te dñe.

7. cxxvii.

7. lxxv.

In finē ps̄ dd̄ priusq̄ liniretur. XXVI
Dominus illuminatio mea et salus
 mea quē timebo: dñs p̄tector vite
 mee: a q̄ trepidabo. Dñi appropiat

Psalterium

super me nocentes: vt edāt carnes meas. Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meū. Si erurgat aduersus me plū: in hoc ego sperabo. Unā petij a dño banc requiram: vt inhabitē in domo dñi omnib' diebus vite mee. Ut videā volūtātē dñi: et visitēs tēpluz eius. Qm̄ abscondit in tabernaculo suo in die malozū: p̄terit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: et nūc exaltauit caput meū super inimicos meos. Circūiui et imolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis: cātābo et psalmuz dicā dño. Exaudi domine vocē meā q̄ clamaui ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meū exquisiuit te facies mea: faciem tuā domine requirā. Ne auertas faciem tuā a me: et ne declines in ira a seruo tuo. Adiuutor me' es tu ne derelinquas me: neq; despicias me deus salutaris meus. Qm̄ pater me' et mater mea dereliquerūt me: dñs autē assumpsit me. Regem pone mihi dñe in via tua: et dirige me in semita recta p̄pter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me qm̄ insurrexerūt in me testes iniqui: et mēta est iniquitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra viuētū. Expecta dominum v̄rilliter age: et confortes cor tuū et sustine dñm. **Ps̄ ipsi dauid.**

XXXVII

Adre dñe clamabo deus meus ne fletas a me: neqñ taceas a me et assimis labor descendens in lacū. Exaudi dñe vocē orationis mee dū oro ad te: dū extollo manus meas ad templū sc̄m tuum. Ne simul tradas me cū pctōribus: et cū opantibus iniquitatē ne pdas me. Qui loquunt pacē cum pximo suo: mala autē in cordib' eoz. Da illis fm̄ opera eozum: et fm̄ nequitā adinuētio nū ipsoz. Scōz opera manū eoz tribue illis: redde retributionē eozum ipsis. Qm̄ intellexerunt opera dñi et in opera manū eius: destrues illos et non edificabis eos. Benedictus dominus qm̄ exaudiuit vocē deprecationis mee. Domin' adiuutor meus et protector meus: et in ipso speraui cor meum et adiutus sum. Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei. Domin' fortitudo plebis sue: et protector saluationū ebristi sui ē. Saluum fac populū tuū dñe et bñdic hereditatē tue: et rege eos et extolle illos vsq; in eternum. **Ps̄ dauid in cōsumatione tabernaculi.**

XXXVIII

Afferte dño filij dei: afferte dño filios arietū. Afferte domino gloriā et bonorē: et afferte dño gliaz noi eius adorate dñs in atrio sancto eius. Vox domini super aquas: deus manifestat' in tonuit: domin' super aquas multas. Vox dñi in virtute: vox dñi in magnificentia. Vox dñi cōfringētis cedros et cōfringet dñs cedros libani. Et cōmuet eas tāq; vitulū libani. et dilect' quēadmodū filius vnico:niū. Vox dñi intercīdētis flammā ignis: vox dñi p̄cutientis desertū: et cōmo-

nebit dñs desertū cades. Vox dñi p̄pantis ceryuos et reuelabit cōdēsa: et in tēplo eius oēs decēt gl'iam. Dñs diluuiū inhabitare facit: et sedebit dñs rex in eternū. Dñs virtutē pp̄lo suo dabit. dñs bñdicite pp̄lo suo in pace. **Ps̄ cārtia in dedicatione dom' dauid.**

XXXIX

Aultabo te dñe qm̄ suscepisti memec delectasti inimicos meos sup me. Dñe de' meus clamaui ad te: et saluasti me. Dñe eduxisti ab inferno aiaz meā: saluasti me a descēdētib' in lacū. Psallite dño sc̄i ei: et p̄fitemini memorie sc̄ritatis ei'. Qm̄ ira in indignatōe ei': et v̄ta i volūtate ei'. Ad vesperū demorabit' flet': et ad matutinū leticia. Ego autē dixi in abūdātia mea: nō mouebo: in eternū. Dñe in volūtate tua: p̄stitisti decorū meo virtutē. Auertisti faciē tuā a me: et fact' sum p̄turbatus. Ad te dñe clamabo: et ad deū meū deprecabor. Que vtilitas in sanguine meo: dū descendo in corruptionē? Nunq̄d cōfitebit' tibi puluis: aut anūciabit' v̄tatē tuā. Audiuit dñs et misert' ē mei. dñs fact' ē adiutor me'. Cōuertisti plāctū meū in gaudiū mihi: cōscidisti saccū meū et circūdedisti me leticia. Ut cantet tibi gl'ia mea et non compūgar: domine deus meus in eternū confitebor tibi.

In finē psalm' dauid p̄ertasti.

XXX

